

ŚW. TOMASZ Z AKWINU
DOKTOR ANIELSKI



**SUMMA PRZECIWIW POGANOM
CZYLI
O PRAWDZIWOŚCI WIARY KATOLICKIEJ
PRZECIWKO BŁĘDOM NIEWIERNYCH**

KSIĘGA CZWARTA

ROZDZIAŁ LXXVI.

**O GODNOŚCI BISKUPIEJ. I ŻE JEDEN Z
BISKUPÓW JEST PONAD WSZYSTKIMI.**



KRAKÓW 2023

www.ultramontes.pl



SUMMA
FILOZOFICZNA
(Contra Gentiles)

ŚW. TOMASZ Z AKWINU

PRZEKŁAD Z WYDANIA ŁACIŃSKIEGO DOKONANEGO
NA ROZKAZ PAPIEŻA LEONA XIII

Summa przeciw poganom czyli o prawdziwości Wiary katolickiej przeciwko błędom niewiernych

Księga czwarta



ROZDZIAŁ LXXVI.

O GODNOŚCI BISKUPIEJ. I ŻE JEDEN Z BISKUPÓW JEST PONAD WSZYSTKIMI.

Ponieważ, jak powiedzieliśmy (R. LXXIV) wszystkich tych stopni udziela się przez jeden sakrament, sakramentów Kościoła udzielać zaś mają odpowiedni jego słudzy, musi istnieć w Kościele wyższa władza, jakiegoś wyższego urzędu, która by udzielała sakramentu kapłaństwa. Jest więc władza biskupa; władza ta wprawdzie nie przewyższa władzy kapłańskiej odnośnie do tego, co się tyczy konsekracji ciała Chrystusa, przewyższa ją jednakże odnośnie do tego, co się tyczy wiernych. Sama bowiem władza kapłańska pochodzi od władzy biskupiej, i cokolwiek jest w stosunku do wiernych trudnego, zarezerwowane jest to biskupom, których też władzą kapłani mogą czynić to, co czynić mają. Stąd też przy spełnianiu swych czynności, posługują się rzeczami, poświęconymi przez biskupa, na przykład przy konsekrowaniu Eucharystii posługują się poświęconym przez biskupa kielichem, ołtarzem i pallą. Tak więc widzimy, że najwyższa władza w kierowaniu wiernymi należy do godności biskupiej.

Jest zaś jasnym, że chociaż lud dzieli się na diecezje i miasta, to jednak, jak jest tylko jeden Kościół, tak też musi być tylko jeden lud chrześcijański. Jak więc na czele jednego poszczególnego ludu i poszczególnego kościoła stoi biskup, tak też cały lud chrześcijański musi mieć jedną głowę całego Kościoła.

Podobnie. Do jedności Kościoła potrzeba jedności we wierze wszystkich wiernych. Zdarza się zaś, że powstają zagadnienia w rzeczach wiary. Przez różnicę zdań byłby zaś Kościół podzielony, gdyby go nie zachowywało w jedności zdanie jednego. Potrzeba więc dla zachowania jedności Kościoła, by był jeden, któryby przewodniczył całemu Kościołowi. Wiemy zaś, że Chrystus nie opuszcza w potrzebie Kościoła, który ukochał, za który wylał Swą krew, co powiedziano nawet o Synagodze: *Co jest, com więcej miał czynić winnicy mojej, a nie uczynilem jej?* (Izajasz V, 4). Nie można zatem wątpić, że z rozrządzenia Chrystusa Pana jedna głowa prowadzi cały Kościół.

Co więcej. Rządy w Kościele są bez wątpienia możliwie jak najlepiej zorganizowane, gdyż uczynił to Ten, przez którego *królowie królują i prawodawcy stanowią sprawiedliwość* (Ks. Przysłów VIII, 15). Najlepszym zaś sposobem rządzenia ludem są rządy w ręku jednego; a jest to widoczne z celu rządzenia, którym jest pokój; pokój bowiem i jedność poddanych jest celem władcy, a jedność skuteczniej zapewniona jest przez jednego, niż przez wielu. Jest więc widocznym, że rządy nad Kościołem tak są ułożone, iż jeden stoi na czele całego Kościoła.

Co więcej. Kościół wojujący wywodzi się od triumfującego Kościoła, przez to, że jest do niego podobny; stąd i św. Jan w Apokalipsie (R. XXI, 2) widział *Jeruzalem, zstępujące z nieba*; Mojżesz zaś otrzymał polecenie, by *wszystko zrobił wedle wzoru, który mu na górze został ukazany* (Ks. Wyjścia XXV, 40). W Kościele triumfującym stoi na czele jeden, mianowicie Bóg, który też jest ponad światem całym, powiedziano bowiem, Apok. XXI, 3: *Oni będą jego ludem, a sam Bóg z nimi będzie Bogiem*. A zatem i w Kościele wojującym jeden przewodzi nad wszystkimi.

Stąd powiedziano, Ozeasz I, 11: *Zgromadzą się synowie judzcy i synowie izraelscy pospołu, a postanowią sobie głowę jedną*. Chrystus Pan zaś mówi, Jan X, 16: *Stanie się jedna owczarnia i jeden pasterz*.


Gdyby zaś ktoś powiedział, że jedną głową i jednym pasterzem jest Chrystus, który jest jedynym Oblubieńcem jednego Kościoła, to ta odpowiedź nie jest wystarczająca. Widzimy bowiem, że Chrystus jest sprawcą wszystkich sakramentów Kościoła, On bowiem chrzci, odpuszcza grzechy, On jest kapłanem prawdziwym, który się ofiarował na ołtarzu krzyża, i Jego mocą codziennie ciało Jego na ołtarzu jest konsekrowane; ponieważ jednak nie miał pozostać obecnym w swym ciele ze wszystkimi wiernymi, wybrał swoich zastępców, przez których by mógł dawać siebie wiernym, jak powyżej powiedziano (R. LXXIV). I z tego też powodu, ponieważ Kościół miał być pozbawiony cielesnej obecności Chrystusa Pana, należało komuś polecić, by w miejsce Chrystusa sprawował straż nad całym Kościołem. I dlatego powiedział do Piotra przed wniebowstąpieniem: *Paś owce moje* (Jan XXI, 17); a przed męką: *Ty niekiedy nawróciwszy się, utwierdzaj braci swoich* (Łuk. XXII, 32); jemu też obiecał: *Tobie dam klucze królestwa niebieskiego* (Mat. XVI, 19), aby się okazała władza kluczy, która miała z niego przejść na innych, dla zachowania jedności Kościoła.

Nie można zaś powiedzieć, że chociaż Piotrowi nadał tę godność, to jednak nie spływa ona na innych. Widocznym jest bowiem, że Chrystus Pan ustanowił Kościół w ten sposób, by trwał aż do skończenia świata, według słów Izajasza, IX, 7: *Na stolicy Dawidowej i na królestwie jego siedzieć będzie, aby je utwierdził i umocnił w sędzie i sprawiedliwości, odtąd i aż na wieki*. Widocznym więc jest, że Chrystus Pan w ten sposób ustanowił wówczas swoich następców, że ich władza miała przejść na ich następców, dla pożytku Kościoła, aż do skończenia świata, zwłaszcza, że sam mówi, Mat. XXVIII, 20: *Oto Ja jestem z wami po wszystkie dni, aż do skończenia świata*.

W ten sposób usuwa się także zuchwały błąd tych, którzy chcą się uwolnić od posłuszeństwa i poddania Piotrowi, nie uznając Jego następcy, rzymskiego biskupa, jako powszechnego pasterza całego Kościoła.



Św. Tomasz z Akwinu, *Summa filozoficzna (Contra Gentiles)*. Przekład z wydania łacińskiego dokonanego na rozkaz Papieża Leona XIII. Księga IV. Kraków 1935. NAKŁADEM "WIADOMOŚCI KATOLICKICH". KRAKÓW, PĘDZICHÓW BOCZNA 5, ss. 261-263. (1)
(Pisownię i słownictwo nieznacznie uwspółcześniono; ilustracje od red. *Ultra montes*).



SANCTI
THOMAE AQUINATIS

DOCTORIS ANGELICI

OPERA OMNIA

IUSSU EDITA

LEONIS XIII P. M.

TOMUS DECIMUS QUINTUS

SUMMA CONTRA GENTILES

AD CODICES MANUSCRIPTOS PRAESERTIM, SANCTI DOCTORIS AUTOGRAPHUM EXACTA

LIBER QUARTUS

CUM COMMENTARIIS

FRANCISCI DE SYLVESTRIS FERRARIENSIS

CURA ET STUDIO

FRATRUM PRAEDICATORUM



256418
13.7.31

ROMAE

APUD SEDEM COMMISSIONIS LEONINAE

VIA S. VITALIS 15

MCMXXX

TYPIS RICCARDI GARRONI

CAPITULUM SEPTUAGESIMUM SEXTUM

DE EPISCOPALI DIGNITATE: ET QUOD IN EA UNUS SIT SUMMUS.



* Cap. LXXIV.
Quia igitur, in
fine.

QUIA vero omnium horum ordinum colatio cum quodam sacramento perficitur, ut dictum est*; sacramenta vero Ecclesiae sunt per aliquos ministros Ecclesiae dispensanda: necesse est aliquam superiorem potestatem esse in Ecclesia alicuius altioris ministerii, quae Ordinis sacramentum dispenset. Et haec est episcopalis potestas, quae, etsi quidem quantum ad consecrationem corporis Christi non excedat sacerdotis potestatem; excedit tamen eam in his quae pertinent ad fideles. Nam et ipsa sacerdotalis potestas ab episcopali derivatur; et quicquid arduum circa populum fidelem est agendum episcopis reservatur; quorum auctoritate etiam sacerdotes possunt hoc quod eis agendum committitur. Unde et in his quae sacerdotes agunt, utuntur rebus per episcopum consecratis: ut in Eucharistiae consecratione utuntur consecratis per episcopum calice, altari et pallis. Sic igitur manifestum est quod summa regiminis fidelis populi ad episcopalem pertinet dignitatem.

Manifestum est autem quod quamvis populi distinguantur per diversas dioeceses et civitates, tamen, sicut est una Ecclesia, ita oportet esse unum populum Christianum. Sicut igitur in uno speciali populo unius ecclesiae requiritur unus episcopus, qui sit totius populi caput; ita in toto populo Christiano requiritur quod unus sit totius Ecclesiae caput.

Item. Ad unitatem Ecclesiae requiritur quod omnes fideles in fide convenient. Circa vero ea quae fidei sunt, contingit quaestiones moveri. Per diversitatem autem sententiarum divideretur Ecclesia, nisi in unitate per unius sententiam conservaretur. Exigitur igitur ad unitatem Ecclesiae conservandam quod sit unus qui toti Ecclesiae praesit. Manifestum est autem, quod Christus Ecclesiae in necessariis non defecit, quam dilexit, et pro qua sanguinem suum fudit: cum et de Synagoga dicatur per Dominum: *Quid ultra debui facere vineae meae, et non feci? Isaiae v⁴*. Non est igitur dubitandum quin ex ordinatione Christi unus toti Ecclesiae praesit.

Adhuc. Nulli dubium esse debet quin Ecclesiae regimen sit optime ordinatum: utpote per eum dispositum per quem *Reges regnant, et legum conditores iusta decernunt**. Optimum autem regimen multitudinis est ut regatur per unum:

quod patet ex fine regiminis, qui est pax; pax enim et unitas subditorum est finis regentis; unitatis autem congruentior causa est unus quam multi. Manifestum est igitur regimen Ecclesiae sic esse dispositum ut unus toti Ecclesiae praesit.

Amplius. Ecclesia militans a triumphanti Ecclesia per similitudinem derivatur: unde et Ioannes in *Apocalypsi**, vidit *Jerusalem descendentem de caelo*; et Moysi dictum est *quod faceret omnia secundum exemplar ei in monte monstratum**. In triumphanti autem Ecclesia unus praesidet, qui etiam praesidet in toto universo, scilicet Deus: dicitur enim *Apoc. xxi³: Ipsi populus eius erunt, et ipse cum eis erit eorum Deus*. Ergo et in Ecclesia militante unus est qui praesidet universis.

Hinc est quod *Oseae i¹* dicitur: *Congregabuntur filii Iuda et filii Israel pariter, et ponent sibi caput unum*. Et Dominus dicit, *Ioan. x¹⁶: Fiet unum ovile et unus pastor*.

Si quis autem dicat quod unum caput et unus pastor est Christus, qui est unus unius Ecclesiae sponsus: non sufficienter respondet. Manifestum est enim quod omnia ecclesiastica sacramenta ipse Christus perficit: ipse enim est qui baptizat; ipse qui peccata remittit; ipse est verus sacerdos, qui se obtulit in ara crucis, et cuius virtute corpus eius in altari quotidie consecratur: et tamen, quia corporaliter non cum omnibus fidelibus praesentialiter erat futurus, elegit ministros, per quos praedicta fidelibus dispensaret, ut supra* dictum est. Eadem igitur ratione, quia praesentiam corporalem erat Ecclesiae subtracturus, oportuit ut alicui committeret qui loco sui universalis Ecclesiae gereret curam. Hinc est quod Petro dixit ante ascensionem: *Pasce oves meas, Ioan. ult.**; et ante passionem: *Tu iterum conversus, confirma fratres tuos, Lucae xxii³²*; et ei soli promisit: *Tibi dabo claves regni caelorum**; ut ostenderetur potestas clavium per eum ad alios derivanda, ad conservandam Ecclesiae unitatem.

Non potest autem dici quod, etsi Petro hanc dignitatem dederit, tamen ad alios non derivatur. Manifestum est enim quod Christus Ecclesiam sic instituit ut esset usque ad finem saeculi duratura: secundum illud *Isaiae ix⁷: Super solium David, et super regnum eius sedebit, ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia, amodo et usque in sempiternum*. Manifestum est igitur quod

* Prop. viii, 15

5 necesse] et (om P) ideo necesse Pd. 7 ministerii quae] ministri qui aYZ, ministri quae W, ministerii qui DEGcd. 9 quidem quantum ad] quidem ante aY, quidem circa W, quidem ad b, quantum quidem ad P. 20 pallis] pallis CFGHxb. 30 defecit] deficit DXYZb. 40 qua] ea aWYZPc.

1 qui est pax om aWYZ. 3 congruentior post causa DEGx. 8 Ierusalem] hominem BF, dominum HW, eam Y. 16 Oseae I ita Pd, loel I ceteri. 21 unius] et unius DEGxb. 24 perficit] perficit DEZX. 25 ipse pr. loco] ipse est Pc. 31 quia] qua CsGb. 36 iterum] aliquando b et margo E, om C. 42 autem] igitur DX; E legit: Potest autem nobis dici etc. 43 tamen] per eum tamen Pc; E om tamen et non; non ante tamen D. 44 enim om EGX.

ita illos qui tunc erant in ministerio constituit, ut eorum potestas derivaretur ad posteros, pro utilitate Ecclesiae, usque ad finem saeculi: praesertim cum ipse dicat, *Matth. ult.*: Ecce, ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.*

* Vers. 20.

a 1 tunc om BY.

Per hoc autem excluditur quorundam praesumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia et subiectione Petri, successorem eius Romanum Pontificem universalis Ecclesiae pastorem non recognoscentes

Commentaria Ferrariensis

ENUMERATIS omnibus ordinibus ad sacramentum Eucharistiae ordinatis, vult Sanctus Thomas de potestate per quam huiusmodi ordines dispensantur, quae dicitur *potestas episcopalis*, determinare*.

* Cf. cap. LXXIV. Comm. init. Cf. num. IV.

I. Et ponit duas conclusiones*. Quarum prima est: *Necesse est esse in Ecclesia potestatem episcopalem.* Probatur. Omnium ordinum dictorum collatio cum quodam sacramento perficitur, ut superius dictum est. Ergo necesse est esse aliquam superiorem potestatem in ecclesia alicuius altioris ministerii, quae ordines dispenset. Haec autem est episcopalis potestas. Ergo etc. — Probatur prima consequentia. Quia sacramenta Ecclesiae sunt per aliquos ministros Ecclesiae dispensanda.

2. Si dicatur quod potestas episcopalis sacerdotalem potestatem non excedit: — respondet Sanctus Thomas quod, licet non excedat quantum ad consecrationem corporis Christi, excedit tamen in iis quae ad fideles pertinent; et ad eum summa regiminis fidelis populi pertinet. Quod patet tum quia sacerdotalis potestas ex episcopali derivatur; et quicquid arduum circa populum fidelem est agendum, episcopis reservatur; quorum auctoritate etiam sacerdotes possunt hoc quod eis agendum committitur — Tum quia et in iis quae sacerdotes agunt, utuntur rebus per episcopum consecratis, ut calice, altari et pallis, in Eucharistiae consecratione.

3. Ad evidentiam rationis inductae pro conclusione, considerandum est, ex doctrina Sancti Thomae *Prima*, q. crv*, et ex dictis superius**, quod contentum sub aliqua speciei non potest esse primo et per se causa illius speciei in quantum huiusmodi. Sortes enim, qui sub specie humana continentur, non potest esse primo et per se causa hominis in quantum homo est: quia tunc esset causa sui ipsius: quod enim est causa primo et per se alicuius in quantum huiusmodi, est causa eius in quocumque inveniatur secundum eandem rationem. Similiter tale quod est causa per se primo alicuius, non potest esse inferioris ordinis ab illo: cum causa primo et per se agens non sit ignobilior suo effectui. Ideo necesse est ut sit alicuius superioris ordinis. Ex quo sequitur quod, ubi aliquid invenitur primo et per se causa omnium una ratione participantium, oportet ut illud alicuius superioris ordinis sit supra ea quae illa ratione participant.

* Art. 1. ** Lib. III, cap. LXXV. Item Nulium particulare, et Comment. ib. num. IV seqq.

Secundum ergo hoc fundamentum procedit ratio Sancti Thomae. Quia enim omnes ordines ad Eucharistiam conficiendam ordinati, cum quodam sacramento conferuntur, infert Sanctus Thomas non solum quod necesse est esse aliquam potestatem a qua huiusmodi ordines dispensentur; sed etiam quod oportet illam potestatem quam vocamus episcopalem, potestatem esse alicuius superioris ordinis et ministerii, utpote existentem per se omnium illorum sacramentorum causam.

II. Sed resultat ex iis dubium. Videtur enim ex hac ratione Sancti Thomae sequi quod potestas episcopalis, per quam ordines dispensantur, sit sacramentum: et cum non possit reduci ad aliud sacramentum quam ad sacramentum Ordinis, sequitur quod episcopatus sit ordo qui est sacramentum; cuius oppositum tenet Sanctus Thomas in *Quarto*, d. xxiv*. — Quod autem illud sequatur, patet quia dictum est in praecedentibus* quod potestas dispensandi sacramenta ad sacramentum pertinet, cum hominibus sub quibusdam signis sensibilibus tradatur. Eadem ergo ratione, cum potestas episcopalis sub quibusdam signis sensibilibus tradatur, ut in episcopi consecratione patet;

* Qu. III, a. 2. qu. 2. * Cap. LXXIV, Comm. num. III, 2.

si ipsa est potestas dispensandi sacramenta a potestate sacerdotali distincta, sequitur quod ipsa ad ordinis sacramentum pertineat; et ita episcopatus erit sacramentum.

2. Ad huius evidentiam, considerandum est, ex doctrina Sancti Thomae loco praeallegato*, quod aliud est dicere episcopatum, ut a sacerdotio distinguitur, esse ordinem: et aliud ipsum esse Ordinis sacramentum. Nam nomen *ordinis* dicitur et de Ordine quod est sacramentum; et de *officio quodam respectu quarumcumque sacrarum actionum.* Secundo enim modo episcopatus est ordo: quia *habet potestatem in dictis actionibus respectu corporis mystici.* Sed primo modo non est ordo. Quia Ordo sacramentum ordinatur ad sacramentum Eucharistiae secundum quod actu perficitur: aut scilicet ad praeparandum aliquid ad ipsum pertinens, sicut inferiores ordines; aut ad ipsum conficiendum, ut ordo sacerdotalis. Episcopatus autem, licet ordinetur ad collationem ordinum ad Eucharistiam ordinatorum, non tamen ad ipsam Eucharistiam ut actu perficitur, ordinatur.

* Sc. ex Quarto.

3. Ad dubium ergo negatur, quod illud ex ratione Sancti Thomae sequatur.

Ad probationem dicitur, de mente Sancti Thomae loco praeallegato, q. III, a. 2, qu. 2, ad 2, quod non quaelibet potestas dispensandi sacramenta sub sensibilibus signis tradita, est Ordinis sacramentum: sed illa quae specialiter et directe ordinatur aut ad sacramentum Eucharistiae actualiter conficiendum, aut ad actuale ministerium circa actualem consecrationem Eucharistiae; et est *character Christo configurans in Eucharistia contento.* Potestas autem spiritualis in sua promotione episcopo data respectu quorundam sacramentorum, non est character; nec immediate et directe ordinatur ad corpus Christi verum, secundum quod actualiter consecratur; sed ad corpus Christi mysticum, scilicet ad fideles confirmandos et ordinandos atque benedicendos, et huiusmodi. Ideo ratio non sequitur.

4. Si autem instetur, quia sacramentum est *invisibilis gratiae visibilis forma* etc.: hoc autem videtur convenire episcopatu, cum in eo per sensibilia signa conferatur gratia; et sic videtur quod sit aliquod sacramentum, dato quod non sit sacramentum Ordinis: — potest dici quod, licet conferatur gratia in collatione potestatis episcopalis, non tamen tanquam per causam instrumentaliter agentem ex virtute ei inexistente, quod est de ratione sacramenti: sed sicut ex dispositione et causa *sine qua non.*

III. Circa id quod dictum est, *Episcopalem potestatem excedere sacerdotalem in iis quae pertinent ad fideles, non autem quantum ad consecrationem corporis Christi*, considerandum est quod duplex actus attribuitur potestati sacerdotali: scilicet conficere corpus Christi; et praeparare populum ad Eucharistiae susceptionem per absolutionem a peccatis; et sic unus actus sacerdotis est circa verum corpus Christi, alius vero est circa corpus mysticum, sive super fideles. Intentio ergo Sancti Thomae est quod potestas episcopalis non est superior potestate sacerdotali quoad actum primum, neque excellentior: sed bene quoad actum secundum. Nam, ut dicitur in *Quarto**, *quantum ad actum primum, non dependet sacerdotalis potestas ab alia superiori potestate quam divina: unde potest sacerdos quamlibet materiam a Christo determinatam consecrare, nec aliud requiritur de necessitate sacramenti. Sed bene, quantum ad actum secundum, dependet ab aliqua superiori potestate, etiam humana.* Unde sacerdos non potest absolvere aliquem a peccatis, nisi ab aliquo

* L. c. qu. 1.

* Cap. LXXII, Comm. num. xiv.

superiori in eum iurisdictionem accipiat, ut superius* dicebatur.

2. Sed tunc occurrit dubium. Nam dictum est in hoc capite quod necesse est esse aliquam superiorem potestatem a qua ordines dispensentur, quae est potestas episcopalis, et quod ex hac sacerdotalis dependet potestas. Ergo, cum sacerdotalis ordo ad consecrationem corporis Christi principaliter ordinetur, episcopalis potestas est superior sacerdotali quoad actum qui est circa corpus Christi verum.

Dicitur quod illa consequentia non tenet. Aliud est enim loqui de executione actus sacerdotalis, qui est conficere corpus Christi; et aliud de receptione sacerdotalis potestatis, qua quis ad illum actum ordinem habet. Nam per receptionem talis potestatis homo ad corpus Christi mysticum ordinem habet, cuius est pars: non enim esset talis potestatis susceptivus nisi esset pars populi Christiani. Per executionem vero actus sacerdotalis circa Eucharistiae consecrationem, ad corpus Christi verum habet ordinem. Unde ex hoc quod potestas episcopalis est superior ordine sacerdotali, ordinato principaliter ad actum circa corpus Christi verum, tanquam talis ordinis dispensativa, sequitur quod sit illo superior quantum ad actum circa corpus Christi mysticum, in quantum episcopus non solum potest absolvi, et alios actus circa fideles exercere in quos et simplex sacerdos potest, sed etiam habet ipsum sacerdotalem conferre ordinem; non autem quantum ad actum qui immediate circa corpus Christi verum exercetur, quia nec talis actus simplicis sacerdotis quantum ad sui executionem ab episcopali dependet potestate, nec aliquid potest episcopus circa actum consecrandi Eucharistiam, quantum ad ea quae sunt de necessitate sacramenti, quod simplex sacerdos non possit.

2. Considerandum ulterius, ut est de mente Sancti Thomae, in Quarto, dist. supradicta, q. III, a. 2, quae 2, ad 3, quod potestas episcopalis est potestas non solum iurisdictionis, sed etiam ordinis: non secundum quod ordo est sacramentum, sed secundum quod est officium respectu quarundam actionum sacrarum*. Ideo, cum dicitur quod episcopalis potestas est superior sacerdotis potestate in iis quae pertinent ad fideles, ista superioritas est superioritas non solum iurisdictionis, sed etiam ordinis, modo expositio.

* In corp. quae.

* Per totum, p. 478 seqq.
* Cf. num. 1.

De ista comparatione episcopalis potestatis ad sacerdotalem, vide apud Capreolum in Quarto, dist. xxv*.

IV. Secunda conclusio est*. Necesse est ut in toto populo Christiano sit unus qui sit totius Ecclesiae caput.

Probat^{ur} primo. In uno speciali populo unius ecclesiae requiritur unus episcopus, qui sit totius populi caput. Ergo ita requiritur et in toto populo Christiano. — Probat^{ur} consequentia. Quia, quamvis populi distinguantur per diversas dioeceses et civitates, oportet tamen esse unum populum Christianum, sicut est una Ecclesia.

Adverte quod ratio fundatur in hoc, quod, sicut quia Christiani unius dioecesis sunt unus populus, et ideo illius convenit unus episcopus; ita, cum omnes Christiani sint unus populus unius universalis Ecclesiae, requiritur ut omnium Christianorum sit unus episcopus, qui omnium sit caput.

Secundo. Ad unitatem Ecclesiae conservandam requiritur quod sit unus qui toti Ecclesiae praesit. Ergo non est dubitandum quin ex ordinatione Christi ita sit in Ecclesia.

Probat^{ur} antecedens. Quia ad unitatem Ecclesiae requiritur quod omnes fideles in fide convenient. Hoc autem esse non posset nisi in unitate per unius sententiam conservaretur: quia, cum contingat circa ea quae sunt fidei quaestiones moveri, diversae possent esse sententiae de fide: et sic per diversitatem sententiarum divideretur Ecclesia. — Consequentia vero probatur, quia Christus Ecclesiae, quam dilexit, et pro qua suum sanguinem fudit, in necessariis non deficit: cum et de Synagoga dicat Dominus, Quid ultra etc.

Advertendum, ex doctrina Sancti Thomae II^o II^{ae}, q. 1, a. 10, quod determinare finaliter* ea quae sunt fidei, ad auctoritatem Summi Pontificis pertinet, ut ab omnibus inconcussa fide teneantur: et ideo ad eius solam aucto-

* Sententia^liter habetur I. c. (Ed. Leon. — Cf. etiam ib. Praef. pag. xxiii, 4 s.)

ritatem pertinet nova symboli editio. Propterea hic ex unitate fidei convenienter arguitur oportere in Ecclesia unum caput esse.

Tertio. Optimum regimen multitudinis est ut regatur per unum. Ergo et regimen Ecclesiae sic debet esse dispositum ut unus toti Ecclesiae praesit. — Antecedens probatur. Quia unitatis, quae est finis regiminis, congruentior causa est unus quam multi. — Consequentia vero probatur: quia nulli dubium esse debet quin Ecclesiae regimen sit optime ordinatum, utpote per eum dispositum per quem reges regnant, et legum conditores iusta decernunt.

Quarto. In triumphanti Ecclesia unus praesidet, scilicet Deus, qui etiam toti praesidet universo. Ergo et in Ecclesia militante unus est qui praesidet universis. — Probat^{ur} antecedens per illud Apoc. xxi, Ipsi populus etc. — Consequentia vero probatur: quia Ecclesia militans ex triumphanti Ecclesia per similitudinem derivatur, iuxta illud Apoc., Vidi Jerusalem etc. Unde et Moysi dictum est quod faceret omnia secundum exemplar ei in monte monstratum.

Confirmatur conclusio auctoritate Osee I, dicentis, Congregabuntur etc.; et Ioan. x, Fiet unum ovile etc.

V. Si quis autem dicat quod unum caput et unus pastor est Christus, qui est unus unius Ecclesiae sponsus: — non sufficienter respondet. Quia quamvis omnia ecclesiastica sacramenta ipse Christus perficiat, ut patet discurrendo per singula; tamen, quia corporaliter non cum omnibus fidelibus praesentialiter erat futurus, elegit ministros per quos praedicta fidelibus ministraret. Eadem ratione, quia praesentiam corporalem erat Ecclesiae substracturus, oportuit ut alicui committeret qui loco sui universalis Ecclesiae gereret curam. Propter quod, ante Ascensionem, dixit Petro, Ioan. ult., Pasce oves meas; et ante Passionem, Tu iterum conversus etc., Lucae xxii; et ei soli promisit, Tibi dabo etc., ut ostenderetur potestas clavium per eum ad alios derivanda, ad unitatem Ecclesiae conservandam; nam Christus sic Ecclesiam instituit ut esset usque ad finem saeculi duratura, secundum illud Isaiae ix, Super solium etc. Et eodem modo dicitur de aliis qui tunc erant, quia ita illos in ministerium constituit ut eorum potestas derivaretur ad posteros, pro utilitate Ecclesiae, usque ad finem saeculi: cum ipse dicat, Matthaei ult., Ecce ego vobiscum sum etc.

Per hoc excluditur praesumptuosus error subducentium se ab obedientia et subiectione Petri, eius successorem universalis Ecclesiae pastorem non recognoscentes.

VI. Ad evidentiam huius, considerandum est, ex doctrina Sancti Thomae II Sent., dist. ult., in expos. litt. *, quod Summus Pontifex habet in Ecclesia apicem et excellentiam potestatis non solum spiritualis, sed etiam saecularis. Ideo illi prae omnibus obediendum est et in iis quae ad salutem animae pertinent, et in iis quae ad bonum pertinent civile.

* Circa finem, ad 4.

Similiter, ut dicit idemmet Sanctus Thomas in libro de Regimine Principum, lib. III, cap. x et xix, potest, ratione supremae huius potestatis, unumquemque ratione delicti punire, et tallias atque collectas pro republicae Christianae conservatione imponere, sicut et rex in suo regno potest.

Dicit etiam super Epistola Secunda ad Corinthios, cap. xi, lect. 2, in fine, quod pro necessitate unius patriae potest accipere subsidium ab aliis partibus mundi. Quia Ecclesia est unum corpus: videmus autem in corpore naturali quod, quando deficit virtus in uno membro, natura subministrat humores et virtutem ab aliis accipiens membris.

Sed tamen, quia non est absolutus Papa ab observatione divinae et naturalis legis, intelligitur ista posse facere, et unumquemque Christianum illi teneri obedire, salva iustitiae aequalitate; non autem sibi pro libito res uniuscuiusque usurpare aut alteri dare potest: quoniam, licet universalem iurisdictionem habeat in Ecclesia, non habet tamen omnium rerum immediatam administrationem. Unde inquit Sanctus Thomas IV Sent., d. xxv, q. III, a. 3, ad 2, quod, quamvis res Ecclesiae sint aliquo modo Papae, non sunt tamen eius omnibus modis habendi, sicut illud quod ad

manum habet. Et ideo, si pro aliquo spirituali munus acciperet, simoniam committeret. — Dicit etiam, super Epistola ad Philipp., circa finem*, quod Papa potest ab una Ecclesia accipere in subsidium aliarum, non autem sine omni causa.

Ex praedictis constat vanam esse, et a fide Christiana alienam, opinionem dicentium Concilium et Ecclesiam esse supra Papam, et ipsum Papam ab Ecclesia auctoritatem habere, tanquam ab ipsa institutum. Nam manifestum est ex praedictis quod Christus ipse regimen Ecclesiae

suae instituit, non autem ipsa Ecclesia aut populus Christianus; et quod in Ecclesia Petrum suum vicarium et successores eius instituit, sicut et ad sacramenta dispensanda instituit ministros. Unde, cum dixit Petro, *Pasce oves meas**, praemisit interrogationem, *Simon Ioannis, diligis me plus his?* ut ostenderet se auctoritatem Petro dare ut distincto ab aliis discipulis praesentibus. Propter quod, exponens Chrysostomus praedicta verba, ait*: *Praeteriens alios, Petro loquitur: Praepositus loco mei esto, et caput fratrum tuorum.*

* Ioan. XXI, 17.

* Non inventitur, Cf. Tom. XII, Praef. Suppl. p. XXIII a, notam ad q. XL, a. 6, ad 1.

CAPITULUM SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM

QUOD PER MALOS MINISTROS SACRAMENTA DISPENSARI POSSUNT.

Rx his quae praemissa sunt manifestum est quod ministri Ecclesiae potentiam quandam in ordinis susceptione divinitus suscipiunt ad sacramenta fidelibus dispensanda.

Quod autem alicui rei per consecrationem acquiritur, perpetuo in eo manet: unde nihil consecratum iterato consecratur. Potestas igitur Ordinis perpetuo in ministris Ecclesiae manet. Non ergo tollitur per peccatum. Possunt ergo etiam a peccatoribus, et malis, dummodo Ordinem habeant, ecclesiastica sacramenta conferri.

Item. Nihil potest in id quod eius facultatem excedit nisi accepta aliunde potestate. Quod tam in naturalibus quam in civilibus patet: non enim aqua calefacere potest nisi accipiat virtutem calefaciendi ab igne; neque balivus cives coercere potest nisi accepta potestate a rege. Ea autem quae in sacramentis aguntur, facultatem humanam excedunt, ut ex praemissis* patet. Ergo nullus potest sacramenta dispensare, quantumcumque sit bonus, nisi potestatem accipiat dispensandi. Bonitati autem hominis malitia opponitur et peccatum. Ergo nec per peccatum ille qui potestatem accepit, impeditur quo minus sacramenta dispensare possit.

Adhuc. Homo dicitur bonus vel malus secundum virtutem vel vitium, quae sunt habitus quidam. Habitus autem a potentia in hoc differt quod per potentiam sumus potentes aliquid facere: per habitum autem non reddimur potentes vel impotentes ad aliquid faciendum, sed habiles vel inhabiles ad id quod possumus bene vel male agendum. Per habitum igitur neque datur neque tollitur nobis aliquid posse: sed hoc per habitum acquirimus, ut bene vel male aliquid agamus. Non igitur ex hoc quod aliquis est bonus vel malus, est potens vel impotens ad dispensandum sacramenta, sed idoneus vel non idoneus ad bene dispensandum.

Amplius. Quod agit in virtute alterius, non assimilatur sibi patiens, sed principali agenti: non

enim domus assimilatur instrumentis quibus artifex utitur, sed arti ipsius. Ministri autem Ecclesiae in sacramentis non agunt in virtute propria, sed in virtute Christi, de quo dicitur *Ioan. 1³³: Hic est qui baptizat.* Unde et sicut instrumentum ministri agere dicuntur: minister enim est sicut *instrumentum animatum**. Non igitur malitia ministrorum impedit quin fideles salutem per sacramenta consequantur a Christo.

Praeterea. De bonitate vel malitia alterius hominis homo iudicare non potest: hoc enim solius Dei est, qui occulta cordis rimatur. Si igitur malitia ministri impedire posset sacramenti effectum, non posset homo habere fiduciam certam de sua salute, nec conscientia eius remaneret libera a peccato. Inconveniens etiam videtur quod spes suae salutis in bonitate puri hominis quis ponat: dicitur enim *Ierem. XVII⁹: Maledictus homo qui confidit in homine.* Si autem homo salutem consequi per sacramenta non speraret nisi a bono ministro dispensata, videretur spes suae salutis alicuius in homine ponere. Ut ergo spes nostrae salutis in Christo ponamus, qui est Deus et homo, confitendum est quod sacramenta sunt salutaria ex virtute Christi, sive per bonos sive per malos ministros dispensentur.

Hoc etiam apparet per hoc quod Dominus etiam malis praelatis obedire docet, quorum tamen non sunt opera imitanda: dicit enim *Matthaeus XXIII²³: Super cathedram Moysi sederunt Scribae et Pharisei. Quae ergo dixerint vobis, servate et facite; secundum autem opera eorum nolite facere.* Multo autem magis obediendum est aliquibus propter hoc quod suscipiunt ministerium a Christo, quam propter cathedram Moysi. Est ergo etiam malis ministris obediendum. Quod non esset nisi in eis Ordinis potestas maneret, propter quam eis obeditur. Habent ergo potestatem dispensandi sacramenta etiam mali.

Per hoc autem excluditur quorundam error dicentium quod omnes boni possunt sacramenta ministrare, et nulli mali.

9 perpetuo] per Petrum aWYZ. ministris] ministro DEGb. 26 possit] posset EGXb. 30 quod] quia DEGxb. 31 autem] vero DEGxb. 32 vel impotentes om Pd. 34 neque pr. loco] non Pc.

5 instrumentum Ita Pc; om aW(Y)Z, instrumenta D, instrumento X, instrumento multi G, multi Eb; Y legit: Unde et sicut (sic sY) ministri agere dicuntur mysteria sicut instrumentum animatum etc. 14 homo om DEGx; sGb legunt: impedire posset sacramentorum administrationem homo non haberet fiduciam etc. 16 etiam] autem X, igitur Pc. 23 in Christo post ponamus DEX. 31 quae] quaecumque YP. 34 ministerium Reincipit N. Cf. cap. 74, p. 237 b 6. 36 ergo om DEGxb. 37 in eis] eis b, om DEGx, post maneret N. 33 obediatur] obediatur EGNX. 40 quorundam post error DEGNX, om C.

* Cf. Arist. Polit. I, cap. II; s. Th. lect. II. — Cf. III, q. LXIV, 8, ad 1.

* Cap. LXXIV, Huius etiam, in fine, ad Oportet igitur.

Przypisy:

(1) Por. 1) 1. Sancti Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici, *Opera omnia*, iussu impensa Leonis XIII P. M. edita, Tomus decimus quintus, *Summa contra gentiles*, Liber quartus. Cum Commentariis Francisci de Silvestris Ferrariensis. Cura et studio Fratrum Praedicatorum. Romae. Apud sedem Commissionis Leonine, MCMXXX (1930), pp. 241-244.

2. Św. Tomasz z Akwinu, a) [Summa filozoficzna \(Contra Gentiles\). – Summa przeciw poganom czyli o prawdziwości Wiary katolickiej przeciwko błędom niewiernych. \(Summa de veritate catholicae Fidei contra Gentiles\)](#). b) [O społeczeństwie i władzy. De regimine principum I, 1-3.](#) c) [Modlitwy. Orationes.](#) d) [Symboli Apostolorum Expositio. De Ecclesia. \(Wykład Składu Apostolskiego. O Kościele\)](#). e) [Summa de veritate catholicae Fidei contra Gentiles. Liber quartus. Caput LXXVI. De episcopali dignitate, et quod in ea unus sit summus.](#)
- 2) Ks. Jan Bareille, a) [Historia św. Tomasza z Akwinu. Wstęp. \[Dążności polityczne, artystyczne, naukowe i religijne trzynastego wieku\]](#). b) [Summa teologii św. Tomasza z Akwinu.](#)
- 3) Ks. Antoni Langer SI, a) [Św. Tomasz z Akwinu i dzisiejsza filozofia.](#) b) [Pojęcie o Bogu w chrześcijaństwie i u filozofów.](#)
- 4) Ks. Marian Morawski SI, [Filozofia i jej zadanie.](#)
- 5) Bp Franciszek Lisowski, [Św. Tomasz z Akwinu o rozwoju dogmatów.](#)
- 6) Ks. M. Dietz SI, [Dogmat stworzenia wedle św. Tomasza z Akwinu.](#)
- 7) F. J. Holzwarth, *Życie umysłowe w Wiekach Średnich*. a) [Filozofia scholastyczna.](#) b) [Scholastyka w IX wieku. Eriugena. Nominaliści i realiści. Anzelm. Abelard. Scholastycy wieku XII.](#) c) [Filozofia u Arabów.](#) d) [Żydzi.](#) e) [Wielcy scholastycy XIII wieku.](#) f) [Uniwersytety.](#)
- 8) "Przegląd Katolicki", a) [Św. Tomasz z Akwinu i jego nauka.](#) b) [Jakie jest według św. Tomasza stanowisko w społeczności, należne przeciwnikom wiary chrześcijańskiej?](#)
- 9) P. Constantinus de Schaezler SI, a) [Introductio in S. Theologiam dogmaticam ad mentem D. Thomae Aquinatis.](#) b) [Divus Thomas, Doctor Angelicus, contra liberalismum invictus veritatis catholicae assertor. De doctrinae S. Thomae ad extirpandos huius aetatis errores vi et efficacia commentarius in sexto centenario Angelici Praeceptoris.](#)
- 10) Divi Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici, [totius Summae Theologicae Conclusiones.](#)
- 11) Fr. Josephus Calasanctius Card. Vives OFMCap., [Summula Summae Theologicae Angelici Doctoris S. Thomae Aquinatis.](#)
- 12) Bp Michał Nowodworski, [Wiara i rozum.](#)
- 13) Ks. Jacek Tylka, a) [Dogmatyka katolicka.](#) b) [O cnotach heroiczych.](#)
- 14) Dr Anna Danuta Drużbacka, [Moralne oblicze kwestii żydowskiej w świetle nauki św. Tomasza z Akwinu.](#)
- 15) Ks. Jan Domaszewicz, [Ze skarbnicy wiedzy teologicznej. Studium dogmatyczne na podstawie św. Tomasza, Doktora Anielskiego.](#)

16) Sac. J.-B. Raulx (ed.), [Divi Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici, Sermones et Opuscula concionatoria.](#)

17) Ks. Józef Stanisław Adamski SI, a) [Łaska Boża czyli podniesienie człowieka do porządku nadprzyrodzonego.](#) b) [Siła łaski uczynkowej: dostatecznej i skutecznej. Skuteczność łaski uczynkowej w systemie tomistów i molinistów.](#) c) [Stanowisko papieża w Kościele Chrystusowym.](#) d) [Kilka uwag o sumieniu i wykład psalmu "Miserere".](#) e) [Tajemnice w religii.](#) f) [Doktor Anielski.](#)

18) [Uchwały i wyroki Świętego Soboru Watykańskiego za Piusa IX 1869-1870 zebranego krótko wyjaśnione, wraz z obszernym a prostym wykładem artykułu Wiary "O nieomylnym nauczycielstwie Rzymskiego Papieża"](#) przez X. Dra Józefa Krukowskiego, profesora Uniwersytetu Jagiellońskiego.

19) Akta i dekryty świętego powszechnego Soboru Watykańskiego (1870), [Pierwszy projekt Konstytucji dogmatycznej o Kościele Chrystusowym przedłożony Ojcom do rozpatrzenia \(Primum Schema Constitutionis dogmaticae de Ecclesia Christi Patrum examini propositum\).](#)

20) Ks. Włodzimierz Piątkiewicz SI, [Mistyczne Ciało Chrystusa a charaktery sakramentalne. Studium dogmatyczne.](#)

21) Papież Pius XII, a) [Encyklika "Mystici Corporis Christi". O Mistycznym Ciele Chrystusa \(Litterae encyclicae "Mystici Corporis Christi"\).](#) b) [Encyklika "Sacra Virginitas" o Świętym Dziewictwie \(Litterae encyclicae "Sacra virginitas" de sacra virginitate\).](#)

22) Ks. Ludwik Kösters SI, [Kościół wiary naszej.](#)

(Przyp. red. *Ultra montes*).



([HTM](#))

© *Ultra montes* (www.ultramontes.pl)

Cracovia MMXXIII, Kraków 2023